Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



110

leonis xpi non solum tropicos uerum etiam physicos designat;
quem fisiologus de catulo leonis hec scribit. qd cum fuerit
natus tribus diebus. et tribus noctibus dormit. tunc deinde
patris fremitu uel mugitu tanquam tremefactus cubilis
locus suscitat catulum dormientem. Iste ergo catulus
ascendit ex germine. ex uirgine enim natus est, non ex se
mine sed ex uirgine absque concubitu uiri et absque semine
natus enim nascit xpi. uelut uirgultum siue nemus.
Inquo manifestissime et uerissime cernis adsumptae
ex uirgine deducit. Ipse ecce sed germine contegio
humani et carnalis seminis excusat. Recumbens
dormisti sicut leo et sicut catulus leonis. manifes
te recubuisse et dormisse dictum de passione mortis
ostenditur, sed uideremus quare ut leo et ut catulus
leonis dormit. Decet enim quidem somno iam supe
rius dictum est. quod uelde conuenienter aptat in
xpo. qui tribus diebus et tribus noctibus in cor de
terrae sepultus somnum mortis implenit. ut leo
autem hoc modo debere intellegi arbitror. mors
xpi oppressio et triumphus daemonum fuit. Omnem
namque predam quam leo ille contriuit ipse ui
serat. prostrato homine et deiecto hic leo nos
eripuit. Denique redeuns ab inferis et ascendens